Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Januarius

tissime predicauit. et eos de nece matrem corripuit. ob hoc
fecerunt eum fustigari donec deficeret. quem mortuum in cloacam
miserunt. Sed ipse apparuit in somnis cuidam sancte matrone
nomine Lucina dicens. Corpus meum pendet in cloaca
in unco. et sordes non tetigit. sepeli id. quod et fecit.
Item Fabiani pape et martyris. cui columba dixit. Papa
eris. Qui cum xiiij annos et dies xij ecclesie prefuisset.
passus est. tempore decij qui regnauit anno domini 242.

21 ¶ Ante Rome sancte Agnetis. que 13o anno etatis sue passa est
pro xpo. temporibus diocleciani et maximiani. qui regnauerunt
anno domini. 289. Hec cum a scolis reuerteretur a prefecti ur
bis filio adamatur. qui maxima ei ornamenta prebuit et
obtulit. que ipsa quasi stercora reputauit. qui adhuc
longe meliora attulit. et hoc responsum ab ea accepit.
Discede a me pabulum mortis. fomes peccati. quia iam ab
alio amatore preuenta sum. Ab huiusmodi verbis filius prefecti
decubuit. pri quoque eius a medicis causa doloris aperitur.
Prefectus ergo cum interrogaret quis esset sponsus ille Agnetis.
dictum est ei. quod xpm dicit suum sponsum. Mox ille fecit sibi
eam presentari. Sed cum virgo nec blandimento seducatur. melio
ra attulit. et hoc responsum ab ea accepit. Discede
a me pabulum mortis. fomes peccati. quia iam ab alio ama
tore preuenta sum. vtz iam supra. Sed cum virgo nec blandi
mento seduceretur. nec terrore concuteretur. nudatur. et ad lu
panar ducitur. Sed densauit xps capillos eius tali modo.
ut melius eorum fimbriis quam vestimentis tegeretur. In
gressa igitur Agnes turpitudinis locum. angelum domini
preparatum inuenit. Fuit etiam circa eam tanta lux ut
visum cuiuslibet hominis reuerberaret. Cumque oraret appa
ruit vestis candidissima auro contexta ante oculos eius
quam mox induit. Post hoc filius prefecti irruit